IN DEI NOMINE Noverint Universi Quod Nos Bernardus Puigsech Cagla heres et proprietarius mansi Puigsech parrochie beate marie de folgaroles vicen. et Eulalia eius uxor ad subveniendum aliquibus necessitatibus nostris quibus aliter minori dampno bonorum nostrorum subvenire non valemus quam per viam venditionis et onerationis censualis mortui inspectis pluribus aliis viis modis atque formis per nos solerter exquisitis et diligentia perquisitis et indagatis gratis Igitur et ex nostra certa scientia pro nobis et omnibus heredibus et successoribus nostris et utriusque nostrum quibuscumque vendimus et titulo et ex causa venditionis concedimus vobis domine Valentine Segales vidue uxori relicte Michaelis Segales quondam agricole parrochie Sancti Andree de Thona vicen. dioc. habitatrici licet absenti notarioque infrascripto tamquam publice persone hec pro vobis et vestris recipienti et stipulanti et vestris in hiis successoribus et quibus volueritis perpetuo pacto tamen gratie quandocumque redimendi mediante quinquaginta solidos bar. censuales annuos redditua[les] et perpetuos [illegible] censuali mortuo vulgariter nuncupatos in violarium eorum perceptione hoc est tamen omni firma fatiga laudimio tercio et foriscapio sedeum omni iure et coertione habendi et percipiendi eosdemque habendos et percipiendos per vos et vestros in hiis successores a nobis et bonis nostris et ab speciali obligatione infra et generaliter nihilo super omnibus et singulis bonis nostris et utriusque nostrum insolidum mobilibus et immobilibus ac iuribus universis ubique habitis et habendis etiam quomodo et iure privilegiatis a die presenti et infra qua hoc presens conficitur instrumentum ad unum annum [illegible] et deinde anno quolibet consimili termino sive die francos siquidem et quitios liberos et immunes ab omnibus et singulis decimis [illegible] servitiis servitutibus et ab omnibus aliis exactionibus et contributionibus tam regalibus realibus et vicinalibus quam personalibus presentibus et futuris [illegible] aliis etiam quibuscumque specialibus et generalibus quocumque nomine nuncupentur et ab omnibus etiam emparis marchis represaliis pignorationibus et oneribus quibuscumque et sine aliquibus compensationibus deductionibus retentionibus et aliis impedimentis et omnibus missionibus et expensis. Hanc autem venditionem et ex causa huiusmodi venditionis concessionem facimus Nos dicti venditores vobis dicte emptrici et vestris in hiis successoribus de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad salvamentum et bonum etiam intellectum vestri vestrorumque in hiis successorum. Promittentes vobis dicte emptrici et vestris in hiis successoribus quod prefatum censuale mortuum et eius annuam pensionem [illegible] et quitiam [illegible] et nostri in hiis successores dabimus apportabimus et solvemus vobis et vestris in hiis successoribus in pecunia auri vel argenti [illegible] ad vestram parrochiam Sancti Andree de Thona vicen. dioc. ad domum et habitationem vestri vestrorumque in hiis successorum nostris et nostrorum propriis sumptibus missionibus et expensis et ad nostri et nostrorum risicum periculum et fortunam salve et secure anno quolibet in dicto termino sive die sine aliqua dilatione [illegible] et exceptione et absque omni dampno sumptu missione et interesse vestri et vestrorum in hiis successorum. Et si forte aliquo anno seu aliquibus annis contingeret solutionem seu solutiones dicti vestri censualis mortui in totum vel in partem differri successive vobis seu vestris in hiis successoribus ultra terminum prefixum et ex hac causa seu occasione aliquorum aliorum in presenti instrumento contentorum [illegible] servatorum et non completorum opporteret vos aut vestros in hiis successores [illegible] seu mittere nuncium aliquem vel portitorem ad nos seu successores nostros aut alias laborare contigerit tam [illegible] convenimus et bona fide promittimus vobis et vestris in hiis successoribus quod nos et successores nostri dabimus et solvemus dabuntque et solvent vobis et vestris in hiis successoribus aut ipsius nuncio seu portitori pro [illegible] et eorum quolibet salario scilicet et laboribus vestri et vestrorum quolibet die qua hac de causa vos seu ipsos laborare contigerit propriis tamen eundo stando et etiam redeundo videlicet intus civitatem vici quinque solidos et extra eandem decem solidos monete bar. et hoc totiens quotiens fieri contingat. Quibus quidem quinque et decem solidis salarii quotidiani soluto vel non semel et pluries nihilominus prefata omnia et singula rata maneant perpetuo atque firma et ad eorum observationem nos et nostri teneamur et stringamur compelli etiam possimus omnibus exceptionibus preculpulsis. Ultra quos quidem quinque et decem solidos salarii quotidiani nos et nostri successores restituemus solvemus et emendabimus vobis et vestris in hiis successoribus universas et singulas missiones sumptus expensas dampna et interesse quos quas et que vos seu vestros aut nuncium seu portitorem vestri et eorum facere aut modo aliquo sustinere opporteret pro predictis aut aliquo predictorum in iudicio et extra iudicium aut aliquo modo. Super quibus quidem missionibus sumptibus expensis dampnis et interesse predictis credatur et credi volumus vobis et vestris in hiis successoribus vestro et eorum plano et simplici verbo vel saltem solo simplici iuramento quod vobis et vestris in hiis successoribus nunc et tunc deffecimus et pro delato [illegible] haberi volumus ex pacto nullo alio probationum genere requisito. Pretium vero pro censualis mortui quod vobis vendimus est quinquaginta librarum bar. ad forum numerum seu rationem viginti mille solidorum pretii ex mille solidis annue pensionis quod quidem pretium in casu luitionis restituatur in pecunia auri vel argenti. Et [illegible] renunciando exceptioni pecunie non numerate et non solute et pretii predicti non habiti et non recepti rei que ita non esse et sic in veritate non contineri doloque malo et actioni in factum omnique alii iuri rationi et consuetudini hiis obviantibus quovismodo. Donamus insuper gratis remittimusque vobis et vestris in hiis successoribus si quid predictum censuale mortuum quod vobis vendimus plusmodo valet aut amodo valebit pretio antedicto. Insuper convenimus et bona fide promittimus vobis et vestris in hiis successoribus quod predictum censuale mortuum quod vobis vendimus tam in pretio quam in annuis pensionibus et aliis accessoriis eiusdem universis faciemus nostrique heredes et successores et utriusque nostrum insolidum facient vos et vestros in hiis successores habere percipere et possidere in sana pace perpetuo contra omnes personas. Quod tenebimur nostrique heredes et successores et utriusque insolidum tenebuntur vobis et vestris in hiis successoribus semper de firma et legali evictione et legitima deffensione predictorum et de restitutione omnium missionum sumptuum expensarum dampnorum et interesse litis et extra sic quod dictum censuale mortuum vos et vestros in hiis successores semper habere liceat. Preterea convenimus et bona fide promittimus nos dicti venditores quod [illegible] super predictis vel infra aut eorum aliquo non firmabimus nostrique heredes et successores non firmabunt vobis et vestris in hiis successoribus ius nec cavillabimur vobis cum litem nec opponemus seu opponi faciemus vel facient vobis vel vestris directe aut alias quovismodo exceptionem aliquam dilatoriam solutionis nec declinatoriam fori seu peremptoriam aut causam aliquam ad predicta vel infra seu eorum aliquod contrariam ullo modo vel impeditivam nec impetrabimus seu impetrari faciemus vel facient a domino Rege vel a domina Regina eorumque liberis gerentibus gubernatoribus vel officialibus sive alia quacumque persona ecclesiastica vel seculari minima vel excelsa dictis potestatem habente vel habitura aliquod privilegium elongationis provisionis guidatici gratie et supersedimenti et alterius cuiuscumque impedimenti nec impetratis seu impetrandis emanatis seu emanandis nec eis etiam possimus vel possint adversus predicta vel infra seu eorum aliquod quod si etiam ipsum privilegium gratia seu concessio concessum sit aut concederetur ex proprio motu ex mera liberalitate vel proprio [illegible] concessionis sive causa vel favore armate viagii passagii guerre pacis legationis aut similes gentium extranearum etiam infidelium et utilitate rei publice [illegible] aut alia quacumque causa vel necessitate etiam [illegible] renunciamus [illegible] personam directe vel indirecte aut aliquovismodo nec vos seu vestri nec vicarius bar. aut aliquis alius officialis curie sive iudex ecclesiasticus vel secularis habeatis seu teneamini illa recipere vel admittere adversus seu successores nostros super hiis aliquatenus audire. Quoniam vobiscum paciscimur et convenimus quod pro predictis et infra omnibus et singulis fiat et fieri possit contra nos et bona nostra et nostri in hiis successorum et utriusque insolidum executio fortiter et districte tamquam pro debito in iudicio confessato sive pro re iudicata per appellationem vel alias non suspensam et si forsan contra predicta vel infra seu eorum aliquod nos et nostri in hiis successores fecerimus vel venerimus convenimus et bona fide promittimus vobis quod nos trademus et solvemus nostrique heredes et successores tradent et solvent vobis et vestris in hiis successoribus pro pena scilicet et nomine pene centum solidos bar. de qua pena totiens committatur quotiens in predictis vel infra aut eorum aliquo fient contra factum cuiusque pene [illegible] due partes dicte emptrici et alia tertia pars honorabili vicario bar. seu cuicumque alii officiali de hiis executionem facienti acquiratur totaliter et applicetur qua quidem pena commissa vel non soluta vel non semel et pluries nisi gratiose remissa nihilominus predicta omnia et singula rata maneant perpetuo atque firma et ad eorum observationem nos et nostri in hiis successores teneamur et stringamur et compelli etiam possimus omnibus exceptionibus et deffensionibus preculpulsis. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis tenendis complendis firmiterque et inviolabiliter observandis Ego dictus Bernardus Puigsech obligo specialiter et expresse hypotecho vobis domine Valentine Segales [illegible] et vestris in hiis successoribus [illegible] manus vestras et vestrorum in hiis successorum pono et mitto de presenti et in omnem casum totum dictum mansum Puigsech cum suis domibus hereditatibus et omnibus terris honoribus et possessionibus cultis et incultis pratis campis [illegible] eiusdem [illegible] pertinentiis et confrontationibus et cum introitibus et exitibus omnibusque iuribus et pertinentiis eiusdem universisque tenentur in alodio [illegible] prepositure mensis augusti [illegible] alodio alterius quem quale et que Ego dictus Bernardus Puigsech tam titulo precarii mihi facti per reverendum et mag. dominum Balthesarem Codolosa canonicum ecclesie vicen. tamquam prepositum prepositure mensis augusti sedis vicen. instrumento recepto apud notarium infrascriptum die tertia mensis maii infra quam etiam ex antiqua et presumpta ac provisa antiquitate mei et meorum predecessorum possessione vim tituli habente habeo et possideo in parrochia beate marie de folgaroles. Et tenentur pro sub dominio libero et franco alodio dicte prepositure mensis augusti sedis vicen. et eius reverendi prepositi illius nomine [illegible] Ego et mei sumus et esse debemus homines proprii solidi et affocati et residentiam facere teneminis in dicto manso et [illegible] sacramentum et homagium quod ratione predictorum [illegible] facere et [illegible] dicte prepositure et eius reverendo preposito illius nomine anno quolibet decem tres medias quarterias frumenti ad mensuram canonicalem ecclesie vicen. que sunt quindecim quartam ad mensuram mercati [illegible] et ex alia parte [illegible] decem solidos bar. anno quolibet perpetuo solvendos in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti. Promitto dicte emptrici et vestris in hiis successoribus de predictis specialiter obligatis possessionem corporalem seu quasi faciam vos et vestros [illegible] perpetuo potiores vel vos aut vestri in hiis successoribus volueritis possitis et valeatis ipsam possessionem corporalem seu quasi libere [illegible] sine licentia et fatiga mei et meorum et alterius cuiusque persone apprehendere et apprehensam penes vos et vestros libere retinere. Ego enim interim vobis dictam possessionem tradidero vel vos et vestri eam apprehenderitis ut est dictum fateor et constituo me pro super specialiter obligata pro vobis et vestris [illegible] et eorum nomine precario nomine tenere et possidere seu quasi. Ego enim sciens illum de iure possidere cuius nomine possidetur. Volo et exprimo convenio quod vigore horum verborum et ex iuris dispositione ac legis ministerio et alias ipsa possessio corporalis seu quasi est et habeatur in vos et vestros provenit tradita et translata ac si per me vobis tradita fuisset realiter corporaliter et de facto. Preterea ex causa huiusmodi specialis obligationis et alias prout melius de iure valere potest et tenere do cedo et mando vobis et vestris omnia iura omnesque actiones reales et personales mixtas utiles et directas hypothecarias ordinarias et extraordinarias et alias etiam quascumque mihi competentia et competentes competiturasque debentes et debentia in predictis specialiter obligatis adversus et contra quascumque personas bona et res ratione et occasione eiusdem quibus iuribus et actionibus supradictis possitis vos et vestri in hiis successores pretextu huiusmodi specialis obligationis et alias uti agere et experiri agendo scilicet et respondendo deffendendo excipiendo opponendo et replicando et omnia alia faciendo in iudicio et extra iudicium quemadmodum ego facere possem ante huiusmodi specialem obligationem seu ea non facta possumque nunc et etiam postea quandocumque. Ego enim facio et constituo vos et vestros in hiis dominos et procuratores tamquam in rem vestram et eorum propriam ad faciendum et exequendum premissa omnia et singula et alias vestri libitu voluntatis et etiam ex pacto [illegible] solutionis dicti vestri censualis mortui licentia [illegible] mei et meorum et alterius cuiusque persone spatio sex mensium et alio quovis temporis spatio [illegible] minime expectato [illegible] contradicentibus seu etiam invitis possitis et valeatis vos et vestri in hiis successores supra specialiter obligata et hypothecata cum omnibus iuribus et pertinentiis eiusdem universis simul vel per partes in encantu publico vel [illegible] vendere et alienare in perpetuum vel ad tempus [illegible] illis personis et illi pretio seu pretiis ac pecunie quantitatibus quibus volueritis et potueritis cum contrahentibus concordare [illegible] emptori seu emptoribus [illegible] possessionem corporalem seu quasi [illegible] ad omnia bona mea obligare [illegible] pretium seu pretia aut alias pecunie quantitates inde provenientes et provenientias [illegible] recipere et habere apocham et apochas facere et firmare et omnia alia facere que in contractibus emptionis et venditionis [illegible] alterius cuiuscumque alienationis locationis [illegible] requirantur [illegible] vallata et roborata [illegible] pactis pactionibus stipulationibus [illegible] renunciationibus iuramentis et aliis clausulis et cauthelis ad [illegible] opportunis et vobis et vestris in hiis successoribus benevisis [illegible] emptoribus aut aliis contrahentibus possitis concordare facere et firmare. Promittens vobis et vestris in hiis successoribus sub pena iam dicta modo et forma quibus supra committenda et acquirenda quod in hoc eam super hiis nullum obstaculum contradictionem seu impedimentum aut perturbationem faciam vel veniam nec opponam per me seu meos nec interpositam personam palam vel occulte directe vel indirecte aut alias quovismodo immo et cum a vobis seu vestris in hiis successoribus ego et mei fuerimus requisiti ea omnia et singula laudabo approbabo ratificabo et confirmabo meique in hiis successores laudabunt approbabunt ratificabunt et confirmabunt [illegible] publico iuramento et aliis clausulis et cauthelis vallato et roborato et ubi hec facere nollem seu mei successores facere nollent nihilominus [illegible] habeant et obtineant roboris firmitatem quoniam tunc [illegible] ad [illegible] cauthelam et securitatem [illegible]. Ego [illegible] et omnes heredes et successores meos quoscumque contractus predictos per vos aut vestros de predictis faciendos aut alia supradicta per vos in [illegible] me vobis superius attributa laudo approbo ratifico et confirmo cum presenti et notario infrascripto in manu et posse nostri tamquam publice persone et infra stipulantis ea omnia et singula promitto rata et firma habere tenere complere et observare et in nullo contra facere vel venire aliquo iure causa vel etiam ratione. Possitis insuper [illegible] pretia aut alias pecunie quantitates inde provenientes [illegible] habere apocham et apochas facere [illegible] de ipsis pretiis [illegible] vobis solvere et satisfacere integriter in pensionibus seu pensione et aliis accessoriis dicti vestri censualis mortui [illegible] quod si aliquid superfuerit ex pretio seu pretiis aut aliis pecunie quantitatibus [illegible] ex predictis satisfacto vobis et vestris in hiis successoribus in pretio et pensionibus et aliis que huiusmodi vestro censuali mortuo [illegible] tunc debebuntur [illegible] Necnon [illegible] teneamini et vestri teneantur omni exceptione remota et si aliquid vobis et vestris in hiis successoribus deffuerit ad complementum omnium predictorum convenio et bona fide promitto vobis et vestris de aliis bonis meis generaliter obligatis [illegible] ad id vobis et vestris facere complementum omnibus exceptionibus et dilationibus cessantibus quibuscumque et generaliter pro predictis et infra omnibus et singulis attendendis tenendis complendis firmiter et inviolabiliter observandis sine tamen preiudicio novatione et derogatione [illegible] specialis obligationis sed eam augendo et impinguando nos dicti coniuges venditores obligamus vobis et vestris in hiis successoribus omnia et singula bona nostra et utriusque nostrum insolidum mobilia et immobilia ac iura universa ubique habita et habenda etiam quovismodo et iure privilegiata volentes et consentientes quod predictam specialem obligationem sine generali obligatione vel e converso minime derogetur tacite vel expresse directe vel indirecte aut alias quovismodo immo una alteri adiciat et consolidetur et una per alteram validetur et confirmetur et vos et vestri in hiis successores possitis eis ambabus cautionibus et obligationibus et illa ex eis qua malueritis libere uti et pro libito semel et pluries variare [illegible] vobis et vestris in hiis successoribus aliquid debeatur habeatque fieri et compleri et variando teneamini et vestri teneantur resarcire et emendare omnes sumptus et expensas in litem vel extra factas [illegible] non obstante. Renunciantes quantum ad hec beneficio novarum constitutionum et dividendarum actionum epistole divi Adriani et consuetudini bar. loquenti de duobus vel pluribus insolidum se obligantibus. Renunciamus etiam quantum ad hec legi sive iuri dicenti [illegible] actionum iuramenti ante litis contestationem posse revocari et alii legi sive iuri dicenti quod pena semel exacta amplius peti non posse et alii legi sive iuri et consuetudini [illegible] dari et solvi restitutionem missionum sumptuum expensarum dampnorum et interesse fieri et legi sive iuri dicenti quod quando potest predicta [illegible] de speciali hypotheca satisfacere [illegible] ad alia non extendat et alii dicenti quod prius transeundum sit per specialiter quam generaliter obligata. Et ego dicta Eulalia certiorata ad plenum de iuribus meis per Joannem Vinyes scriptorem iuratum notarioque infrascripto renuncio quantum ad hec beneficio Velleyani senatusconsulti in favorem mulierum introducto et autentice si qua mulier [illegible] et quoad obligationem bonorum dicti viri mei dotis et sponsalitii meis et iuri hypothecarum et aliis iuribus meis que habeo et habere debeo in et super bonis eiusdem viri mei que omnia quantum ad hec vobis expresse remitto. Renunciamus etiam ambo quantum ad hec spatio sex mensium qui dantur seu conceduntur debitoribus providendis bonorum et solutionibus faciendis et quatuor mensium quod conceditur convictis seu condempnatis in personali actione et spatio decem dierum quod datur ad luendum seu redimendum pignora et omni alii spatio sive termino [illegible] et similibus [illegible] renunciamus et etiam omni privilegio elongationis provisionis supersedimenti et guidatici et gratie obtento vel obtinendo emanato vel emanando concesso vel concedendo a domino Rege vel a domina Regina eorumque liberis gerentibus gubernatoribus vel officialibus seu quacumque alia persona ecclesiastica vel seculari minima vel excelsa dictis potestatem habente vel habitura sive generaliter sive specialiter concessa [illegible] ex mera liberalitate vel proprio [illegible] concessis et sive causa vel favore armate viagii passagii guerre pacis legationis aut similes gentium extranearum etiam infidelium aut utilitate reipublice [illegible] civitatis et aliis quibusvis rationibus sive causis etiam maioribus vel fortioribus et minoribus superius expressatis et sub quacumque forma seu expressione verborum. Renunciamus etiam omni fori iuris et omni libelli oblationi litis contestationi iudicii assignationi et cuius officio omnique litigatio et iudiciario ordini [illegible] iuramenti [illegible] beneficio [illegible] bonorum ac etiam constitutionibus pacium et treugarum nec non omnibus et singulis appellationibus reclamationibus provocationibus nullitatibus exceptionibus et deffensionibus iuris civilis seu canonici aut aliis etiam quibusvis auxiliis et beneficiis quibuscumque contra predicta vel infra facientibus vel venientibus ullo modo. Renunciamus etiam [illegible] dicti venditores foro nostro proprio [illegible] et submittimus nos et bona nostra et utriusque nostrum insolidum quantum ad hec foro iurisdictioni compulsioni [illegible] coercitioni et examini honorabilis vicarii seu regentis vicariam bar. cum et honorabilis vicarii et regentis vicariam [illegible] et cuiuscumque alterius officialis iudicis sive curie ecclesiastice et secularis coram quo seu quibus [illegible] iudices nostros et nostrorum et utriusque insolidum [illegible] et eorum iurisdictionem in nos et nostros prorogamus de certa scientia et consulto. Renunciamus etiam legi si convenerit ff. de iurisdictione omnium iudicum et iuri revocandi domum. Volentes et expresse paciscentes quod una curia electa possitis et valeatis [illegible] et ad aliam recurrere et ad primam redire [illegible] semel et pluries [illegible] iudicum [illegible] voluntatis. Renunciamus etiam legi [illegible] et legi sive iuri dicenti quod ubi ceptum est iudicium ibi finiri debet et sic omni casu etiam [illegible] teneamini resarcire reducere et emendare omnes expensas et sumptus quos quolibet iudicio et extra iudicium [illegible] et iudices officiales [illegible] ad quos habebitis recursum ad vestri et vestrorum simplicem requisitionem possint et valeant bona nostra et nostrorum insolidum pignorare et apprehendere et non datis decem diebus vel alia monitione [illegible] vendere et alienare et vobis et vestris in hiis successoribus [illegible] satisfacere integriter in pensionibus expensis et aliis que vobis et vestris debebuntur sine cause cognitione et nulla admissa iuris vel facti exceptione. Et generaliter de certa scientia renunciamus omnibus aliis legibus et iuribus canonicis et civilibus [illegible] foris constitutionibus statutis consuetudinibus et privilegiis predictis obviantibus quovismodo quam quidem generalem renunciationem virtute iuramenti infra tantum valere volumus ac etiam operari in hac parte sicuti si hic continerentur specialiter et de verbo ad verbum [illegible] ea omnia et singula quibus hic generaliter renunciamus non obstante quavis lege sive iure per quam seu quod ipsa generalis renunciatio possit impugnari cui legi sive iuri gratis et ex certa scientia quantum ad hec renunciamus. Et [illegible] predictum censuale mortuum [illegible] pensiones salaria missiones expensas et omnia alia et singula supradicta scribimus sub pena tertii solvere promittimus in libro tertiorum curie honorabilis vicarii bar. ad quam penam tertii obligamus scilicet Ego dictus vir personam et bona mea. Et Ego dicta mulier bona mea tantum cum personam iure patrie prohibente obligare nequeam et utriusque nostrum insolidum mobilia et immobilia ac iura universa ubique habita et habenda etiam quovismodo et iure privilegiata. Volentes et consentientes quod predictam tertii scripturam huiusmodi instrumento vel e converso nullum fiat seu fieri possit preiudicium novatio seu derogatio tacite vel expresse directe vel indirecte aut aliis quovismodo. Immo utraque cautio et obligatio sit et remaneat in suis perpetuis robore et valore et una alteri accedat et consolidetur et una per alteram validetur et confirmetur et vos dicta emptrix et vestri in hiis successores possitis et possint ipsis ambabus cautionibus et obligationibus et illa ex eis qua malueritis simul vel divisim libere uti et super hiis pro libito variare semel et pluries donec de predictis vobis et vestris in hiis successoribus aliquid debeatur habeatque fieri et compleri et quia nos omnes dicti venditores sumus constituti [illegible] civitatem et vicariam bar. idcirco et alias constituimus et ordinamus procuratores nostros et utriusque nostrum insolidum vos discretos Joannem Castells et [illegible] scriptores iuratos [illegible] curie vicarie bar. presentes et futuros quorum nomina et cognomina pro expressis habeantur [illegible] absentes tamquam presentes et quemlibet eorum insolidum ad pro nobis et nomine nostro et utriusque nostrum insolidum dictam tertii scripturam firmandum personam quod et bona nostra predicta dicti viri et bona tantum mea predicta dicte mulieris et utriusque nostrum insolidum obligandum iure privilegium et rigorem dicte scripture tertii [illegible] et omnia alia faciendum et procurandum que in hiis necessaria fuerint et opportuna. Dantes et concedentes in et super premissis vestris nostras cum plenissima facultate et [illegible] potestate sub promissione de rato habendo et de non revocando sub dicta bonorum nostrorum omnium obligatione et hypotheca. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo seu metu [illegible] iuramus nos ambo dicti venditores in animas nostras per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris et utriusque nostrum corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in nullo contra facere vel venire aliquo iure causa vel etiam ratione. Hec igitur omnia et singula que et prout dicta sunt supra et infra firmius paciscimur convenimus et bona fide promittimus nos ambo dicti venditores vobis dicte emptrici et vestris in hiis successoribus necnon notario infrascripto tamquam publice persone hec pro vobis et vestris et aliis etiam personis omnibus et singulis quorum interest et interierit [illegible] recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti. Actum est hoc in domibus dicti mansi Puigsech parrochie beate marie de folgaroles vicen. dioc. die sexta mensis maii Anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo. Sig+na Bernardi Puigsech et Eulalie eius uxoris venditorum predictorum qui hec laudamus concedimus firmamus et iuramus [illegible] tione compensatione deductione [illegible] vobis quod preceptum huiusmodi specialis obligationis tradam vobis [illegible] et alia [illegible] volueritis [illegible] ita approbo ego notarius infrascriptus propria manu.

Testes huius rei sunt Bartholomeus Camps agricola civis vici et Petrus Gilabert agricola parrochie de folgaroles vicen. dioc.

Sig+num Reverendi et magnifici domini Balthesaris Codolosa canonici sedis vicen. ac prepositi dicte prepositure mensis augusti dicte sedis vicen. qui dicto nomine predicta firmavit dominii ratione censibus dominio et aliis iuribus suis et dicte prepositure in omnibus semper salvis quam firmam fecit vici in manu Joannis Vinyes scriptoris iurati benedicti Puig auctoritate reverendi domini vicen. episcopi notarii publici vicen. infrascripti die septima mensis et anni predictorum presentibus pro testibus Gaspare Missa scriptore et Michaele Puig [illegible] civitatis vicen.

Sig+num meum Joannis Vinyes auctoritate Regia notarii publici vicen. tenentis et regentis meis certis et iustis titulis scripturas honor. et discreti benedicti Puig quondam eadem auctoritate notarii publici vicen. preceptoris mei e licentia per honorabilem curiam regiam vici mihi impensa qui huiusmodi [illegible] in publicam formam redigens aliena mihi fida manu in hiis duobus pergamenis simul sutis in unoque quorum sunt scripte nonaginta una lineae quarum prima incipit In dei nomine et finit nos et ultima incipit et illa ex eis et finit et alias consti- et in altero pergameno sunt scripte undecim lineae quarum prima incipit tuimus et finit [illegible] scribere feci et vigore precepti mihi desuper facti per [illegible] in regia curia [illegible] rogatus et requisitus die [illegible] octobris MD LXXXVIII [illegible] in lineis XXXX non. XXXVII [illegible] et omnibus et in eadem limitibus XXXVIII que LXV minime LXXVIII civilibus et canonicis et in lineis [illegible] nihil [illegible] appositis in [illegible] in lineis XXXVI. et LXXXVIII. [illegible] apud dictum quondam benedictum Puig receptum firmatum ac notatum et [illegible] Ita approbo ego dictus notarius [illegible]